

fieret ad summa provectio. Hic est fundamentum ecclesie, de quo Paulus dicit ¹⁾: *Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Iesus*. Qui, antiqui hostis superbia triumphata, a mortuis potenti virtute resurgens et celorum summa conscendens, apostolis ^{a)} suis XI ^{b)} cum LXX^{ta} ^{c)} duobus discipulis et aliis quam plurimis in Hierusalem ^{d)} residere precepit dicens ²⁾: *Vos autem sedete in civitate quoadusque induamini virtute ex alto*. Hi ^{e)} ergo erant perseverantes ^{f)} unanimiter in oratione, sicut Lucas in Actibus apostolorum ³⁾ testatur ^{g)}, *cum mulieribus et Maria matre Iesu et fratribus eius*. Decimo igitur die post ascensionem redemptoris ad celum hora tertia ⁴⁾ super hos ^{h)} omnes Spiritus sanctus in igneis linguis apparuit ⁵⁾ et inflammavit ⁱ⁾ eos sicut ferrum inflammatur ab igne. Nulla igitur mora in discendo fuit, sed mox ut iste incomprehensibilis et ineffabilis spiritus corda eorum replevit, omnium linguarum scientiam dedit et ceperunt ^{k)} Christum loqui in aliena lingua ⁶⁾, qui eatenus eum confiteri non ^{l)} presummebant ^{m)} in propria. Huius igitur novitate miraculi multitudo conveniens percellitur et duce Petro uno die tria ⁷⁾ milia ⁿ⁾, altero quinque ⁸⁾ milia convertuntur. Dehinc infinita crescente turba primitivę ecclesie status exortus est, qui, sicut sol mundum irradiat, sic Spiritus sancti ^{o)} presentia inluminatus ^{p)}, miraculis choruscus ^{q)}, linguarum varietate admirandus, beneficiorum diversitate munificus apparuit, ut nec dici nec scribi possit, quanta claritate divini radii totum mundum perfuderit. Neque enim quę ^{r)} Christus per semetipsum ^{s)} vel discipuli eius operati sunt, omnia scripta sunt teste Iohanne ^{t)}, qui dicit ⁹⁾: *Quod si omnia scriberentur, quę ^{u)} Iesus fecit, nec ipsum mundum capere arbitror ^{v)} eos qui scribendi sunt libros*.

a) app(osto)lis B. b) undecim C. c) LXX B; septuaginta C. d) Iherusalem B. e) hii B. f) so AB; apersev. a'erant mit Umstellungszeichen in A; pers. erant C (= Vulg.). g) stestatur B. h) fehlt B. i) imflammavit B. k) ceperunt C. l) folgt Rasur von ca. 7 Buchstaben A. m) presumebant BC; vgl. S. 70 N. r. n) millia C. o) sanctus B. p) illuminatus BC. q) coruscus C. r) fehlt B. s) se über der Zeile nachgetragen B. t) Ioanne C. u) qui B. v) arbitro B.

¹⁾ 1. Cor. 3, 11 (D).

²⁾ Luc. 24, 49 (D).

³⁾ Act. 1, 14 (D).

⁴⁾ Act. 2, 15.

⁵⁾ Act. 2, 3.

⁶⁾ Act. 2, 4 (D).

⁷⁾ Act. 2, 41 (D).

⁸⁾ Act. 4, 4.

⁹⁾ Joh. 21, 25 (D).